

12

LVD. ET H.

ORATORIVM

P. M. S. C. L. S.

Procurator Regis in Anglia P. M. S. C. L. S.

I V D I T H

ORATORIVM

In Regis Conspectu P. M. S. C. L. S.

4

22

Imprimatur si videbitur Reuerendissimo P. Magistro Sacri
Pal. Apost.

И Т И О В И Idem Ang. Arab. Pers. Ind. Viceg.

М В Р О Т А Р О

Imprimatur iterum.

Fr. P. F. de Benedictis Mag. & Reuerendis. P. M. Sac. Pal.
Apost. locius.

I V D I T H O R A T O R I V M

PRIMA PARS.

Holofernes

Bethulia sola Bethulia
Duci Assyrio audes resistere?
Bellanti, debellanti
Superbia imbuta
Genua non flectis, denegas tributa?
Clades non consideras?
Quæ imminent exitia non cernis?
Umbra sola debellat Holofernis.

Sinfonia

Gentes nutu subieci, Regna destruxi,
Centenos in triumphū Reges duxi,
Iure mihi gloria
Debentur, & victoria
Palma, trophea, triumphus æterni,
Bethulia resistis Holoferni?

Sinfonia

Vrbs infelix & non vides
Inundantes armis montes
Arscentes limphis fontes
Incisos aquæ ductus
Supleant aquas siue tui latus.

Sinfonia

Eliciam ferro præcordijs humorem
Sic exstinguetur tua, & mea sitis,
Salus hæc Israelitis.

Sinfonia

Sinfonia

Eia eia milites ;
Parate vos ad strages, non ad bella,
Bethulia, impia Bethulia,
Igne, ferro deuastetur,
Exterminetur .

Affryj Igne, ferro, &c.

Sinfonia flebilis.

Israélite Heu quàm dura nos cruciat acerba fitis !
Ah tormentum omne superans tormentū !
Leuis est omnis poena,
Tolerabilis catena,
Gladius mitis,

Heu quàm dura nos cruciat acerba fitis .

Sinfonia

Laxi, miseri, languidi,
Patimur non deficimus,
Deficimus non morimur .

Infelicissima fors !

Lento pergite pede arida mors .

Sinfonia

Holoferni cedamus,
Assyrijs Bethuliam tradamus,
Cedamus .

Miles Isr. Sic erit finis noster breuis in ore gladii, qui
longior efficitur in ariditate fitis .

Holoferni cedamus,

Israélite Assyrijs Bethuliam tradamus,

Ozias Aeque animo estote hos quinque dies expe-
ctemus à Domino misericordiam, si autem
transactis his diebus non venerit adiuto-
rium, faciemus quæ locuti estis .

Judith Ergo vestrum in arbitrium
Dies est constituenda ?
Ergo Superum consilio

13
Erit meta præscribenda ?
Qui estis vos qui Dominum tentatis ?
Ad furem , ultionem ,
Non ad miserationem .
Hoc sermone prouocatis .

Qui estis vos qui Dominum tentatis ?

Sinfonia.

Ergo pacto Regnatorem ,
Conuenire Creatorem ,
Velut hominem putatis ?

Qui estis vos qui Dominum tentatis ?

Irritanda non est summa Clementia ,
Furor euadit læsa patientia .

Sinfonia.

Animas vestras humiliate ;

Prece , suspirijs ,

Profusis lacrymis .

Veniam à Deo postulate ,

Sustinete , confidite , sperate .

Sinfonia.

Pugnantes ,

Dimicantes ,

Insurgentes contra nos ,

Expugnati , profligati ;

Dextra corruent Altissimi .

Ut puluis , ut nebula .

Hostis fortissimi

Erunt vires dispersæ , dissipatæ ;

Sustinete , confidite , sperate .

Exeam nunc de Civitate . Vos autem nolo
ut scrutemini actum meum . Vado ,

Clemetia Sydera interea vos prece fatigate ;

Sustinete , confidite , sperate .

Primus Cœlum te protegat casta Iuditta,
Miles Is- Demonstret semitas,
raelita. Vias edoceat,
Ne sub Assyrio
Concidat, pereat
Hæc plebs afflicta,
Cœlum te protegat casta Iuditta.

Sinfonia.

Secundus Genus triplex diræ mortis
Miles Is- Parat iam Israelitis
raelita. Inimicus potens, fortis
Flammæ, sanguinis, ac fctis,
In hostis vltionem
Sis tu bellatrix, scutum, & sagitta;
Cœlum te protegat casta Iuditta.

Sinfonia Bellica.

Holofern. Interitus, excidij,
Dies aduenit Israel
Tibi feralis,
Mihi triumphalis
Nàm tua colla durissimas ceruices
Calcabunt currus mei, rotæ victrices;
Nunc tua cruori
Damnabitur audacia;
Resistere victori
Constantia non est, est pertinacia.

Sinfonia.

Holofern. Quænam speciosa mulier:

Ad

Judith Ad tuos prouoluta pedes.

Holof. Serui eam eleuate,
Pulchra facies,
Aurei crines,
Luces amatae.

Judith Iudith sum ego Vidua Hebraea.

Holof. Pulchritudinis idea.

Judith Tua sub umbra confugi inuicte Dux.

Holof. Non curat umbras tam decora lux;
Nunc autem dic mihi quare tibi placuit venire ad nos?

Judith Fugi à Populo, qui Deum offendit; propter quod me misit Dominus nunciare tibi, vt vindictam facias in Israel; exeam, & orabo ad eum, & dicet mihi quando ei reddat peccatum suum, & veniens nunciabo tibi, itaut adducam te per mediam Hierusalem, & habebis omnem populum Israel sicut oues quibus non est pastor.

Holof. Si fecerit hæc mihi Deus tuus, erit & Deus meus, & tu magna eris super terram.
Veni, veni Iudith accumbe vbi repositi sunt mei thesauri.

Judith Tanta in angustia
Inuoco te ò Israelis Deum,

Holof. Vbi thesauri sunt, ibi cor meum.

Judith Mea fiducia sola in te.

Holof. Iuditta, Iuditta cepisti me.

Sinfonia.

Primus Resistat si valet Assyrius Dux,
Miles Assyrius. Noua bella
Hebraea puella

Intulit iam; q. sulcorum... A
 Crinis nexus ligat cor,
 Oculorum ferit lux
 Resistat si valet Assyrius Dux.

Secundus Cœcus amor, insana cupido;
 Tu viva nex
 Iniqua lex,
 Vna pupilla,
 Vna scineilla
 Atteris, conteris cor,
 Quod nunquam vlla capit formido;
 Cœcus amor, insana cupido.

Sinfonia

Quisquis desiderat
 Numinis impij
 Tela recendere,
 Amorem debellare;
 Non audeat pugnare
 In fugâ, non in pugna erit securus;
 Vincitur fugiendo amor impurus.

Sinfonia

Holof. Iuditha
Iudith Holofernes
Holof. Tantæ venustatis
Iudith Tantæ maiestatis
A Due Ad validos istus
Iudith Cedo victa
Holof. Cado victus,
 Transfixit meum cor tua pupilla.

Iudith

Judith Dominos tuos ego Ancilla Vi

Sinfonia

Holof. Formosa puella,
Assyrio Caelo,
Benigna tu Stella,

Judith Si stella sum ego à te sum minoris,
Stella suos à Sole habet splendores..

Holof. Tua pulchritudo.

Judith Tua fortitudo.

A Duc Est digna fulgoribus æternis.

Holof. Holofernes est *Juditha*.

Judith *Juditha* Holofernis.

Sinfonia Bellica

Exercitus Ad mœnia, ad mœnia;

Affyrius Aggrediamur, ingrediamur,
Inimicos vlciscatur
Nostra dextera inuicta,
Undique strages, undique vindicta..

Sinfonia

Curramus, curramus
Bethulix muros conscendamus..
Cadat Israel, opprimatur,
Disperdatur, destruat.

Holof. Suspendite; suspendite arma milites.
Sanguine non rubescat,
Nouo lumine clarescat
Dies hic triumphis plenus,

Non regnet Mars, vbi triumphat Venus.

Sinfonia Lætitiæ

Holof. cū Tubæ clangentes,
Exercitu Dare sonos cessate,
Litui strepentes,
Bella non personate:
Dulcia plectra,
Citharæ gratæ,
Hebrææ puellæ
Honores narrate.
Cantate decores,
Ad mēsas, ad plausus, ad blandos amores.

Finis Primæ Partis.



PARS

PARS SECVNDA.

Iudith

Venti tacete,
Vnda filete,

Dormit Holofernes

Militæ laboribus defessus,

Fluctus argenteos sistite gressus.

Sinfonia.

Auræ gratæ,

Zephiri spiratæ,

Leniter,

Dulciter

Somnos mulcete,

Venti tacete,

Vnda filete.

Sinfonia.

Dormi, dormi Holofernes,

Per te vigilat Iudith;

Per te nō dormit Superum vindicta;

Dormi iam dormi;

Tuo è fomno pender nostra quies;

Oritur ab occasu Israel dies.

Sinfonia.

Ebrietate sopitus iacet iniquus Holofernes,

spanditur en mihi Theatrum vltionis.

Pugionem apprehendo,

In arenam descendo.

Sinfonia.

Cœli Rector, potens Deus,

Qui Aegyptium percussisti,

Rubro mari demersisti,

Immanis nunc Assyrius

Proprij

Proprii fac ut sanguinis
 Mari rubro sit absortus
 Hostis naufragium est Bethuliae portus.
 En ferrum denudat
 Impij comam capitis
 Confirma me Dominus in hac hora, & respi-
 ce ad opera manuum tuarum.
 En ceruix abscissa superba crudelis,
 Prodeat hoc de vulnere
 Vita Israelis

Sinfonia.

Chorus Vos qui somnum vitio
 Hic dormitis o mortales
 Qui in tenebris
 Noctes ducitis lethales
 Surgite & surgite,
 Fugate sopores, imo,
 Ad Coeli fulgore
 Iam lucem leuate
 Si dormitis, expectate
 Similem sortem
 Transitus breuis est a somno ad mortem.

Sinfonia.

Aperite portas, aperite
 Aduenit filius vestrae Israelitice,
 Aperite portas, aperite
 Sine hasta, sine Clypeo
 Mansuetus, & pacificus
 Ad vos pergit Dux Assyrius
 Eij obuiam venite
 Aperite portas, aperite

Israelita Eamus & sumus
Populi

Reuer-

Reuertenti Iudithæ occurramus :

Eamus , eamus .

Sinfonia .

Iudith Exulta Bethulia ,

Lætamini ,

Conciues iucundamini ,

Respiret armis Israel oppressus ,

In palmas versæ sunt nostræ cupressus .

Hac nocte interfecit Dominus in manu mea :

hostem populi sui . ipsum de pera proferã .

Ecce caput Holofernis Principis militiæ

Assyriorum .

Israelita Viuat , viuat Iuditha ,

Bellatrix inuicta ,

Vinat , viuat Iuditha .

Iudith Tanta victoria

Solum Tonanti ,

Cœli Regnanti .

Debetur gloria

Tanta victoria .

Sinfonia Lætitia .

Omnis ergo vox iucunda

Mecum intonet fidelis ,

Deus viuat Israelis .

Israelita Deus viuat Israelis .

Sinfonia .

Miles Isr. Dextra fœminea

Excussit ,

Percussit

Ducem bellantem

Iam triumphantem .

Nostra vota , mærores , dolores

Iã respexit benignus de cœlis .

Deus

Deus uiuat Israelis.
Israelita Deus uiuat Israelis.

Sinfonia Bellica.

Iudith Sumite arma milites;

Iam pugnas ciete;

In castra hostilia

Certamen mouete.

Sic Assyrij ad bellum prouocati fugient ad
Holofernem excitandum; & cum inue-
rint eum truncum in suo sanguine tabefa-
ctum, decidet super eos timor. Cumque
cognoueritis fugere eos, ite post illos se-
curi, quoniam Dominus conteret eos sub
pedibus uestris.

Sinfonia Bellica.

Israelita In arma ruamus,

Telis manus instruamus.

Sinfonia Bellica.

Rauco iam sonitu

Tubæ belligeræ,

Horrendo strepitu

Tympana classica,

Assyrij's ruinas nunciate,

Personate,

Reboate.

Sinfonia.

Dux Ass. Ite, ite dormientem Holofernem, excitate,
quoniam egressi mures de cauernis suis
ausi sunt nos ad bellum prouocare.

Miles Ass. Suscitare Principem non audeo,

Pleni sunt omnes mille centis dies,

Et est in somno inquieta quies.

Sinfonia.

Israelita Curramus, curramus.

Clamore,

Furore.

In castra irrumpamus.

Curramus, curramus.

Duces Ass. *Sinfonia.*

Primus Furor hostilis fremit;

Secundus Altx coruscant hastæ;

Tertius Arma undique crescunt;

Quartus Dextræ telo sunt armatæ.

à *Quattro* Holofernem excitate.

Dux 1. Ass. Curare Israel arma est dementis;

Secundus Timere vires hostium prudentis;

Primus Assyrio vexillo victoria non vna.

Secundus Dubia semper est belli fortuna.

Dux 3. Vagao, citò voca Holofernem.

Vagao Ep. Ocia militi perniciofa!

nuchus Blandi amores.

Non sunt bellantis;

Martis furores.

Non sunt amanti:

Longe ò miles à face formosa,

Ocia militi perniciofa.

Ad cubiculum Principis accedo: Holofernes:

Holofernes. Profundo mergitur sopore.

cortinam penetrabo; altiori voce clamabo.

Holofernes. Heù, Heù quid cerno cadauer

absque capite Holofernus suo in sanguine

volutatum. Ah fors iniqua. Ah crudele

fatum. Accurrite, accurrite milites; Ecce

vestrum sine capite caput.

Assyrij Heù nos miseros,
Heù nos perditos.

- Vago* Vna mulier Hebraea fecit confusionem;
Sola femina Assyrios denigravit splēdore
- Assyrj* Heu qualis nos concutit horror;
Heu nostram trepidat formidine pectus -
Fugiamus, fugiamus.
- Dux Ass.* Dum nostrum deest caput
Salutem solum pedibus speramus.
- Assyrj* Fugiamus, fugiamus.
- Israelita* Assyrios persequamur.
- Assyrj* Victi cedimus.
- Dux Isr.* Cedere non sufficit
Soluenda bello sanguine tributa.
- Israelita* Ferro, saxis, hasta, telo
Turba pereat inimica Caelo,
Cadat Assyrius, opprimatur,
Occidatur.
- Chorus* Nè mirèris ò mortalis impium superexalta-
tum, Holofernem eleuatum sicut cedros
Libani; transibis, & ecce non erit; quæ-
res, & non iuuenies.
Vapores, vmbrae sunt impij bona
Datur pœna reis, iustis Corona.

F I N I S.



R O M A E,

Typis Michaelis Herculis. 1672. Sup. permisso.